℞ Aloes acacie glandium ~~ligni~~ licii Boli armeni. gummi arabici ana ℥ j misce & subtilissime pulverisentur, quibus pulverisatis addatur 4. s. aquarum rosarum albumina ouorum iij misce & fiat ad modum Epithema.

Syllamus aliud restrictiuum.

℞ Nucis Cyparissi nummie sanguinis draconis mastiris dragant. ana ℥ ij misces & pulverisentur postea & incorporentur cum albuminibus ouorum & oculis applicentur.

Decoctio.

℞ Myrrhe gallarum nucis cupressi nummie ana ℥ ij s. misceantur & decoquantur in lib. una fluuialis ad consumptionem medietatis postea oculis applicentur.

Gargarismus atractiuus.

℞ Florum & foliorum maiorana Lauendule, foliorum Ruthe Salvie ana ℳ. s. radicis

pirethri ʒ s. misce & decoquantur in lib. ij
ad consumptionem medietatis postea colentur &
collaturae patiens coclear calidum in ore teneat

℞ Tuciae preparatae ʒ j, corallorum albarum, & rub.
mirobolanorum Kebulorum combustorum Sumac
gallarum, mastices olibani Aloes Epatici ana ʒ s.
misce & puluerisentur postea incorporentur cum decoc-
tioni foeni graeci.

De tumore palpebrarum.

℞ Farinae milij ℥ j, aquarum foeniculi uel rutae
℥ iij misce & fiat cataplasma. Si ex phleg-
mate, seu ex ventositate accipe pro initio
ciminum ~~timinum~~. Si ex melancholia ℞ decoctio-
nis mellitoti in vino.

Epilotrum siue depilatorium pro-
hibens renatione pilorum.

℞ Fellis Ericij ʒ ij sanguinis eiusdem Castorei
Eruginis ferri ana ʒ s. misce & fiat linimentum
ubi desiccatum fuerit reiteratur materia ter
quater postea urina distemperentur, cum saliua
ieiuna applicetur ad locum euulsi pili.

De Cataracta Digestivum.

℞ Aquarum pulegii salviae Lavendulae ana ℥ ij specierum dianthos ʒ ij misce & fiat potus & dosis ij ... e.

Purgativum.

℞ Pillularum octomerarum vel octomerarum ʒ j & quibus in cibis exhibeantur circa mitrolum lactis. Sepe reiterentur pillulae & etiam digestivum pro confortativo exhibeantur dianthos.

℞ Aquarum foeniculi ℥ s. Ruthae ℥ j fellis hirci ʒ ij Serapini ʒ j mellis virginis ℥ ij misce & fiat collirium.

Collirium.

℞ Fellis hirci exsiccati baccarum lauri excorticatarum ʒ ij s. Serapini ℈ s aquarum ruthae Urinae pueri ana ℥ iij mellis virginis ʒ s. misce & fiat collirium. e.

Electuarium confortans caput & Stomachum.

℞ Spicenardi ʒ v Cinamomi ʒ iiij agari iiij & s. mastiris ℈ xiii misce & pulverisentur subtiliter, mellis virginis despumati lib. s. misce & fiat electuarium dosis ʒ ij mane e.

De ructilopa:

℞ Epar caprinum ~~et~~ mistum & longo pipere con-
spersum torrendum in forma: cum destillanti
ex destillata aqua sive saniosa materia lipposos
oculos lenire oportet. Datur etiam in esu iecur ca-
prinum.

Collirium.

℞ Fellis hirci ʒ j piperis nigri ʒ ij armoniaci ʒ
iij mellis virginis ℥ ij misce & fiat collirium.

De dilatatione pupillae

Emplastrum.

℞ Farinae fabarum, farinae hordei ana ʒ ij olei ro-
sarum ℥ s. vitellum unius ovi bene agitati mis-
ceantur & incorporentur cum aquis solatri & fiat
emplastrum postea utatur Emplastro Rasis posito

℞ Farinae fabarum ʒ iij florum camomillarum
ʒ ß radicum alkekenchi ʒ j misce & incor-
porentur cum aquis plantaginis vel formicehi
si non adsit caliditas.

Ubi ex dolore capitis oculum habet.

℞ Succi semperviviae. solatri plantaginis ana ℥ ij misce
& oculis cum panno lineo applicetur.

De fistulis oculorum

De fistulis oculorum. Cura fistulæ in quacunque corporis parte.

Fistula est foramen profundum intus latum in orificio strictum. Ad curationem fistulæ 4 requiruntur. i Apparitio foraminis ij Mundificatio fistulæ iij Remotio callositatibus quæ est in fundo. iiij Consolidatio.

Primum.

Apparitio foraminis perficitur cum medulli Sambuci vel radice gentianæ.

Corrosiuum.

℞. Vnguento corrosiuo ex arsenico rubeo, cantharidib. abiectis capitib. & alis & incorporentur cum melle.

℞. Vel Vnguento Ægyptiaco & madefiat in eo pannus lineus subtilissimus & repleatur foramen fistulæ, ista duo sunt corrosiua corrodentia quæ priora duo non faciunt.

Secundum perficitur cum hydromelle facto ex melle rosaceo & aqua ruthæ, vel vino im matura.

Tertium perficitur cum cauterio actuali vel potentiali. C. Actuali ut ferro ignito argento vel auro ignito. Potentiali perficitur tali decoctione.

℞ Foliorum ruthae, chelidoniae, agrimoniae añ M. s. misce & conquassentur & bulliant in 3 lib. uini albi ad consumptionem 3 partis postea colentur & de collatura sepius mittatur gutta una in fistulam.

Aliud corrosiuum potens:

℞ Zaccari albi ℥ ij mellis M. ij misce & parum decoquantur ad modum unguenti.

Curatium perficitur cum unguento consolidatiuo uel emplastris & decoctionibus.

Unguentum.

℞ Aloes olibani sarcocollae preparatae cum aquis foeniculi añ ℥ ij misce subtiliss. pulueriz. olei rosarum ℥ iij Cerae ℥ iij s. misce ceram & oleum ut liquefiant ultimo caetera addantur & fiat unguentum.

Emplastrum.

℞ Emplastri cochi: albi ℥ i & applicetur de re ad caput fistulae.

Decoctio.

℞ Foliorum agrimoniae, foliorum ruthae, foliorum oliuae, añ M. ij. misce & conquassentur in lib. 4

uini albi ad consumptionem unius librae postea colentur & colaturam bibat patiens vesperi circa introitum lecti & in aurora ℥ iiij pro i vice: sanguis non purgatur sed mundificatur.

℞ Foliorum agrimoniae rutae ana m. ij misce bulliant in lib. iij vini albani ad consumptionem tertiae partis colentur: postea & omni mane ℥ iij bibantur.

℞ Ʒ. albi ʒ iij decoquantur in ℥ ij vini albi ad consumptionem medietatis colentur & colatura ista lavetur fistula sic & in profunditate penetrat.

Aurium morbi.

De dolore aurium quando oritur tum ex abundantia sanguinis & colerae.

℞ Olei rosati ℥ i, nenupharum ℥ s cerae albae ʒ ij misce & fiat linimentum et purgatur cholera cum pillulis aureis.

Unguentum maturativum.

℞ Mulcillaginis radicis altheae, seminis lini, seminis foeni graeci ana ʒ iij seminis anethi ℥ 1s florum camomillarum ʒ s. butiri recentis ℥ vj misce & fiat emplastrum & supra aurem ponatur cum panno lineo.

℞ Thuris albi sarcocollæ, sanguinis draconis an ℥ j
nitrioli Romani ʒ. s. misce & fiat pulvis desic-
cativus consolidativus. florum camomillarum Origa-
ni an M. j. betonicæ, sulphuris ʒ in lib. ij vini albi

ʒ an. M. s. Misce et decoquantur (margin note, replacing struck text)

~~an M. s. misce et decoquantur~~ ad consumptionem
medietatis, postea herbæ candidæ cum panno li-
neo ad aurem applicentur.

Si Ventositates.

℞ Mellilotum & decoquatur cum rutha & applicetur

Cura quando oritur ex phleg-
mate vel pituitoso humore.

℞ Oleorum liliorum alborum, rutha, an ℥ j. cas-
torei pulverisati ʒ 15 ceræ citrinæ ʒ ij misce
& fiat unguentum. Vtimur quoque in hoc casu
colligatis vel ponat simpliciter rutham coctam
in aqua fluviali.

De tinnitu aurium.

Intra aures & oculos non temere quicquam mitten-
dum maxime corrosivarum medicinarum.

℞ Olei de spica ℥ s. de amigdalis amaris ʒ ij ce-
ræ citrinæ ʒ. j. s. misceantur & fiat unguentum

molle Si pauperes fuerint ℞ oleum laurinum ʒ i s pro 3 ℥ utitur.

Decoctio in tinnitu aurium.

℞ Foliorum pulegii Origani. florum Camomillae an. ʒ i s. foliorum rutae ʒ v misce & fiat par'uis sacculis quadratis & decoquantur in Vino albo postea supra aurem ponatur.

Tinnitum ex inanitione sic curabis.

℞ Capita papaveris decoque ad modum pulmenti & circumpone auri. Utimur etiam in tinnitu lacte papaveris vel lactucis vel oleo rosarum.

Pro tinnitibus.

℞ Oleum granorum Iuniperi est mirificum & efficacissimum in disentientis phlegmaticis humoribus. Contere grana iuniperi infunde in vino postea distilla unge aurem.

℞ Olei violati ʒ i s. papaveris albi myrtillorum an ʒ i s. misce & fiat linimentum.

De gravedine auditus.

Digestivum.

℞ Florum maioranae roris, marini an M. j. florum Lavendulae Sticados arab. an. ʒ i s.

misce & decoquantur in lib. j vini albi ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturae addatur 4. s. Syrupi de sticadis & dosis erunt iij ℥

Purgativum.

℞ Pillularum Cochiarum ʒ j & exhibeantur duabus vicibus circa introitum lecti.

Sacculus.

℞ Foliorum pentafolionis auricula muris Betonica ana M j sticados arab. foliorum Maiorana florum Camomillarum ana ʒ j vel ʒ ij misce & grosso modo incidantur & aptentur ad duos saccalos Et ex Doct: Smalkaldi.

Decoctio communis.

℞ Pulegij, Origani, Betonicae, florum camillarum sticados arab. ana M j misce & decoquantur in lib. iij aquae fontis, & patiens vaporem calidum ad aurem recipiat per traiectorium.

℞ Olei Camomillini vel liliorum alb: vel amigdalarum amararum ℥ s & liniatur locus circa aurem

Circa quando ortum habet ex inanitione & siccitate. &

℞ Florum violarum inmiplarum ana M ij foliorum

Eadem cura M.S. capita papaveris alb: iiij misce & decoquantur in lib. iiij aquarum fontium ad consumptionem medietatis. postea patiens fu'mum ad aurem recipiat Illiniatur auris cum oleo violarum vel nenupharum.

De vermibus aurium.

Succus sive pulvis aristologiae rotundae, sive pulvis hellebori eiiciat vermes in auribus. Si in gressi fuerint penitus macerandi sunt lacte albi & dulci recenti Nam dulcia eiiciunt & provocant fumum absinthij immitte per traiectorium in aurem.

Contra vermes.

Aloe dissolutum in aquis rutae lichinio immissum.

Si lapillus aut tale quiddam inciderit.

Precipe in sternutare obstrictis naribus, tamen propellitur per spiritum ad aures missum.

Cum oles corrupti humores gignentes in aure.

℞ Virgultum salicis oblita alteram extremitatem cera & incende alteram extremitatem & immitte in aurem tunc calor extrahit vaporem.

Narium morbi.

De fluxu sanguinis narium.

℞ Aquarum rosarum lib. 5. aceti, vini albi ℥ iij
Camphorae ℥ j misce ut decet & applicentur colli
in panno lineo duplicato similiter & temporibus
℞ Bufonem tempore mensis maij & transficatur per
os & totum corpus exsiccetur in sole postea in
duplici serico panno involvatur & sub ocellos [axillis] ponatur

De vlceribus narium.

℞ Olei rosati, adipis gallinacei ℥ j ceræ citrinæ ʒ ij
misce & fiat unguentum.

Decoctio.

℞ Myrrhae olibani ana ʒ ij vini rubri ℥ j 15 misce
& dissolvantur. Myrrha & olibanum & facta
resistentia nares abluantur cum vino calido,
postea pulverem mastixis strawe darauff.
℞ Cerusae myrrhae lapidis calaminaris praeparati a
luminis usti ana ʒ j olei rosati ℥ ij ceræ ʒ iij
misce & fiat unguentum

De hemoroitibus narium.

Apostemata narium tria sunt: { Hemoroites. Weitzblattern.
Polibus.
Cancer. }

Signa hemoroitum sunt.

Mollities narium, humores fluentes vel sanguis per vices & tactus mollis cum nares stringimus & dorsi sortilicis.

De polipo, Signa sunt.

Opilatio meatus narium & grassities apparet in parte posteriori & habet figuram ficus cum quadam duritie & fortore.

Rx Foliorum roris marini, Maiorane a Zaccari Basilicomis ana ʒ j helebori nigri Euforbij ana ʒ s. misce & subtilissime in pulverisentur postea incorporentur cum melle & fiat nasalia.

Fortiora nasalia.

Rx Lapidum purissimi ʒ 1 s. florum a Zaccari maiorane ana ʒ s. Euforbij pirethi ʒ j misce & subtiliter pulverisentur postea incorporentur cum melle & fiat nasalia postea ascera in ducta illi... inum polipus cum oleo rosaceo.

Gargarismus. ~~plantaginis fort.~~

Rx Foliorum rutha, pentafolionis ana m j Origani, florum Laudentule ana m 1s misce & decoquantur in lib. sex aque fontis ad plenum per ... mediolatis postea colentur & de colatura sumat coclearia iij pro una vice.

De Cancro, Signa.

Venae in naso nigrae, plenae sanguinis melancholici & ductus foetor intollerabilis & calor in loco vehemens cum dolore.

℞ Cerulae lotae thuriae praeparatae añ ʒ j misce & pulverisentur olei rosa: ʒ j Succi solani vel aquarum solani ʒ ij vel ʒ iij ad maximum misce & fiat unguentum & linatur circa ulcera prohibet progressionem & ambulationem Cancri.

℞ Emplastri gryseri cum Camphora & applicetur loco cancroso.

Ad mortificationem Cancri fiat rana

Doctoris Weiderstady dogma: ℞ Pannum lineum in mense Martio & intinge ter vel quater in foetum ranarum & reservetur & cum necesse fuerit intinge in aquam & applicetur cancro mox necat eundem.

De amissione odoratus.

℞ Seminis nigellae ʒ j misce gra iij misce & attrahatur per nares. Purgetur cum pillulis Cochiis vel praeparatis Galeni

℞ Nigellae añ ʒ ß & pulverisentur subtiliter & pulvis super carbones aspergatur & patiens fumum accipiat ad nares. Lege das pulver in eynenn eisernn loffel, oder auff einem ziegelstein und halte auffs die kolen und entpfange den rauch in die nasenn.

Dentium affectus.

De dolore dentium.

℞ Aquarum plantaginis lib. 3 summae Bolaustiarum ana ℥ ij & decoquantur ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturam tepidam in ore teneat.

℞ Rosarum rubearum m. ij florum nenupharum violarum ana m. j. misce & spargantur ad sacculum quadratum magnitudinis unius palmae postea duo quadam sacculus in aquis solatri & tepidus applicetur ad maxillam.

Quando ex pituita ortum habet.

℞ Foliorum Salviae, Origani, Lavendulae, Rutae, ana m. 5. misce & decoquantur in lib. j vini albi ad consumptionem medietatis & si vehemens dolor fuerit fiat decoctio usque ad 4 j.

℞ Stafistragriae (alias Stafisgraphiae) ℥ j & grosso modo terantur postea decoquantur in lib. j vini albi ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturam calidam ad os sumat.

℞ Radicum altheae optimae purgatae ℥ iij & decoquantur donec ex toto mollescant, quibus addantur farinae foeni graeci, seminis lini, aneti, florum Camomillarum ana ℥ ij farinae hordei ℥ ß olei

Camomillarum añ ℥ 15 misce & fiat emplastrum.

De stupore dentium.

Stupor dentium fit cum quispiam mandit prima aut poma aut herbam pontica aut stipticam. Stupor autem dentium curatur colutione vini calidi aut cum sale fricentur stuporem tollas vel cum pa no lineo fricentur. Cum aut dentes ex frigiditate fuerint facile calidis rebus curantur.

℞ Valerianam & decoque cum vino & aceto apponatur loco dolenti stuporem aufert.

Cornu caprinum combustum ac albatum purgat dentes & globitat gingivas, mitigatque tumorem eas

De gingivis sanguinolentis

℞ Sumach granarum myrthi, gallarum perforatarum, cupularum glandium, seminis myrthi, seminis plantaginis añ ʒ 1 vitrioli albi aluminis zamani añ ʒ .5. antiphilorum antere añ ʒ ij .5. foliorum mari rigelsi m. 15 misce & grosso modo g[?]midantur & decoquantur in lib. 6 aquarum fontium donec remaneant lib. iß. postea colentur & paciens saepe cum colatura calida os colluat.

℞ Masticis santaraca acaciae hyppoquistidis añ ℈ thuris spuma ʒ 1, vitrioli albi ℈ iiij misce

& pulverizentur & cum pulvere isto gingiua fricentur.

De Casu Vuulae.

Vuula plerumque ex abundantia sanguinis aut pituitoso humore dependet.

℞ Salis communis & parum ʒʒ & piperis ʒʒ albi pireti piperis longi an ʒ s. uini albi ℥ 6 misce & decoquantur ad consumptionem medietatis postea patiens sumat coclear unum calidum ad os & aliquantulum in ore teneat postea abluat os cum uino calido.

℞ Oximellis compositi ℥ iij piperis longi Cubebarum an ʒ ij misce & patiens per modum gargarismi in ore teneat.

Cura quando ex sanguinis multitudine ortum habet.

℞ Foliorum mali granati Sumach acatiae an ʒ j rosarum rubearum m. is misce & decoquantur in lib. j uini rubei ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturam sumat calidam ad os. Vinum rubeum conducit in fluxu uuulae, in quo ferrum ignitum 3 extinctum.

℞ Aquarum rosarum ℥ iij aceti rosati ℥ j misces & patiens in ore teneat.

Oris passiones. De gravitate linguæ

Cura gravitatis linguæ D. Amb: Karl.

℞ Aquarum saluiæ pulegij Betonicæ, an ℥ ij Syrupi de sticados ℥ ij misce & fiat potus ij.

Euacuantia.

℞ Pillularum Cochiarum uel foetidarum ʒ j uel species diambrith ʒ j mane in aurora.

Vbi morbus non dat inducias.

℞ ʒʒ piperis Syrupi albi pirethri foliorum maioranæ an ʒ vj Seminis nigellæ Staphisagr: an ʒ ij misce & grosso modo terantur & decoquantur in lib. iij vini albi ad consumptionem tertiarum partium colentur & colaturam calidam in ore teneat & repetat.

Lenimentum ad idem.

℞ Olei liliorum albo: ℥ j rutha uel Castorei, uel Camomillarum an. fricetur lingua cum saluia &

Pro eisdem.

℞ Pirethri saluiæ, acori, an ℥ j calij ʒ j ∋ misce decoquantur in lib. ij vini albi ad consumptionem tertius partis, postea calidam in ore teneat.

Pro diuitibus.

℞ Conseruæ Lauendulæ, anthos ℥ j vel. s. specierum diacameron uel dianthos ʒ j misce & fiat condimentum postea deuoretur.

In causa calida ut accidit post febres.

℞ Olei rosati ℥ ij ceræ albæ ʒ ij misce & fiat linimentum colli.

Cura incrementi linguæ.

℞ Succum cepæ matutinæ digitum & asperge sale & confricato.

Cura ranulæ ex phlegmat.

℞ ʒʒ cum sale & fricato linguam ranulam sub lingua.

Ex sanguine.

℞ Pirrethri & decoquatur aceto tene sub lingua aut si napi in vino.

Apostema linguæ ex sanguine.

Phlebotometur ex cephalica vel amplica circunbitulas ad spondiles dorsi. Deinde

℞ Aquarum plantaginis lib. j syropi rosati ℥ ij misce & fiat gargarismus & uno ad[?] cochiari.

Si magnum fuerit.

℞ Radicum capitis monachi, lichenis arboreæ ana ℥ ij aquarum plantaginis lib. ij misce & deco-quantur ad consumptionem medietatis postea co-lentur & sumatur colatura ad os.

Cura cholerici apostematis.

℞ Aquarum rosarum solatri ana ℥ ij syrupi de papaveribus de ribes ana ℥ s. misce & fiat gargarism.

Linimentum.

℞ Olei nemipharum ℥ j masticis thuris an ʒ s. misce & fiat linimentum.

Cura melancholi apostemati.

℞ Semen citoniorum mitile in aquis rosaceis & unge lunguam.

Cura phlegmati: apostemati.

℞ Foliorum Betonicae, florum lavendulae pulegij an m. s. vini albi lib. j misce & decoquantur ad consumtionem medietatis, colentur colatura retineatur in ore calido.

Linimentum.

℞ Mellis virginis ℥ j masticis thuris an ʒ s. misce fiat linimentum.

De sinanche.

℞ Succi absinthij coniculae foeridae an ʒ ij mellis com ti ʒ vj albi graeci ʒ v Cerae ʒ ij misce & fiat emplastrum & applicetur cum panno lineo ad locum doloris.

℞ Cinerum hirundinum silvestrium ʒ iiij Croci Spicenardi an ʒ j mellis virginis ℥ ij misce & fiat unguentum & emplastrum.

Gargarismus.

℞ Aquarum rosarum solatri an ℥ ij diamoron ℥ s misce & fiat gargarismus.

℞ Aquarum nemiphari solatri lib. s. balanstiarum acaciae

acaciæ hyppocistidis ana ʒ ij. misce & decoquantur ad consumptionem quartæ partis, postea patiens tepidum sumat ad os & aliquandiu teneat.

Gillarius.

℞ Liquiritiæ mundæ passularum mundarum abarillis dactilorum ana ℥ s. seminis psilij citoniorum papaueris albi ana ℥ s hordei excorticati ℥ ij mellis virginis ℥ ij s. misce & decoquantur in lib. iij aquarum fontium ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturam tepidam patiens ad os sumat.

Vnguentum.

℞ Vnguenti dialtheæ ℥ s. muscillaginis seminis psilij citoniorum ana ʒ ij medullæ Cassiæ fistulæ, Butiri recentis sine sale ana ʒ s. fermenti dactilorum pinguium ana ℥ 15 olei uiolarum ℥ vj misce & fiat unguentum.

In caussa frigida.

℞ Radicum yreos capillorum veneris ysopi ana m, Liquiritiæ rasæ, vuarum passularum, abarillis mundatarum caricarum ana ℥ s. seminis lini fenu græci ana ℥ s hordei excorticati ℥ ij mellis virginis ℥ iij misce & fiat decoctio in lib iij aquæ fontium decoquantur ad consumptionem duarum

D

partium posita colentur & colaturam calida patiens ad os firmat.

DE TUSSI

Cura calidi tussis.

℞ Aquarum rosarum ℥ iij Aquarum fontium ℥ xii Zuccari candidi ℥ 1s vel ℥ ij misce & bulliant una ebullatione postea colentur & fiat Julep Rosarum.

℞ Diatraganti frigidi in tab. ℥ ij & exhibeatur cotidie una vel dimidia.

℞ Pillulis Bikichias albas pondus ad libitum.

℞ Unguenti populeonis ℥ ij 1s dialthee ℥ 5 B. armoni pulverisati ʒ ij misce & fiat unguentum & applicetur ad regiones pectoris.

℞ Aquarum Bethonice ysopi an ℥ 3 Syrupi de Liquiritia ℥ ij misce & fiat potus & sumat doses 3 vespori circa introitum lecti.

℞ Pillularum Cochiarum ʒ 1 exhibeantur ij vel vespori circa introitum lecti.

Decoctio.

℞ Liquiritie rasae ℥ 1 ysopi, Capillorum Veneris an M. 1 seminis feniculi, anisi an ℥ 5

rum passarum ℥ 2 Caricarum Citrinarum
numero 12 ℞ misce & semina grosso modo
contundentur & decoquantur in lib. ij vini
albi ad consumptionem medietatis, postea colentur
& de tali colatura patiens vesperi circa introitum
lecti et mane in aurora cocharia iiij sumat.

℞ Diarisi Solomonis ℥ ij & sumat quam rotulam
unam vesperi & mane vel teneat pillulas una
Bikichiarum nigrarum in ore.

℞ Olei liliorum alborum Camomillarum an ℥ 1
Ceræ Citrinæ ʒ ij misce & fiat unguentum
Vnum quoque loco sano.

De Asmate.

℞ Aquarum ysopi, Bethonicæ an ℥ 4 Syrupi, Capilli
Veneris an ʒ ij misce & ℞ potus.

ytromel.

℞ Mellis virg. ℥ iij Cinamomi electi ʒ 15 Croci
ʒ 5. misce decoquantur in lib. 5. aquæ fontis ad
consumptionem unius partis postea colentur &
sumat patiens haustum unum circa introi-
tum lecti.

Electuarium.

℞ Cinamomi Liquiritiæ mundatæ, Capilli Veneris ana ℥.j. piperis albi & nigri, ysopi, nepitæ caballinæ, seminis feniculi ana ℥.s. passularum emundatarum ℥.s. pinearum pistacearum, amigdolarum dulcium ana ℥j Radicum yreos, seminis urticæ ana ℈ ij mellis despumati ℥.s. misce & fiat electuarium dosis quantitatis nucis avellanæ.

Pulvis.

℞ Cardamomi maioris ana ʒ.j. grana paradysi, cariophilorum ana ʒ.s. Croci ℈ j Cassiæ ligneæ seminis urticæ ana ℈.s. pulmonis vulpis preparati ʒ ij Zuccari albi ℥ ij misce & fiat tragea, dosis ℈ j pro vice cum vino albo calido vesperi & mane.

Utimur etiam lorch de pulmone vulpis.

℞ Cimini Cinamomi piperis nigri ana ℈ ij Calamenthi piretri sinapis ana ℈ s. Succi liquiritiæ .f. ℈ j & specierum diatraganti frigidi diapenidionis ana ℈ s. misce & pulverisanda pulverisentur, pulverisatis addantur ℥ ij mellis

desprimati & fiat electuarium liquidum.

℞ Unguenti dialthee ℥ j vitella ouorum numero iij croci puluerisati ʒ j misce & fiat unguentum & applicetur ad regionem pectoris. Utimur quoque in simili casu oleo liliorum alborum, rutha & unguento anodino.

Morbi Pectoris

De pleuritide Signa.

In urina rubea & cum quadam resplendentia & crassa vera pleuresis ortum habet ex sanguine subtili. Raro enim numquam a me-lancholia ortum habet.

℞ Aquarum rosarum qrt: j fontium 4 tiij Sac-cari albi ℥ j 15 misce & bulliant simul una ebullatione postea colentur & sumat haustum unum vesperi circa initium lecti, & dein quantocumque placuerit.

Unguentum.

℞ Unguentum populeonis ℥ ij dialthea ʒ vj vi-tellum unius oui misce & fiat unguentum & applicetur ad locum doloris possimus unam addere ʒ j vel ij boli armeni.

Conditum.

℞ Conserve violarum nenupharum ana ℥ s. Speties
trisandali diatragacanti frigidi ana ℈ s. Syrupi
violati ℥ ij misce & fiat conditum liquidum.

Decoctio digerens materiam colericam.

℞ Florum violarum nenupharum ana ℥ s. Seminis
Endivie Lactuce Scariole ana ʒ s. Capillorum
veneris M. j seminis Cucurbite melonum ci-
truli ana ʒ j. Malve bismal ana ℈ ij misce
& decoquantur in lib. ij aque fontis ad con-
sumptionem medietatis postea colentur & colatu-
re addantur ℥ j Syrupi violati. Vehementer coleram
in stomacho & epate digerit.

Evacuatio.

℞ Cassie extracte ʒ j. & exhibeantur aque indi-
vie ℥ ij educit coleram vel cum ℥ ij aquarum
rosarum.

Unguentum.

℞ Unguenti populeonis ceroti santalini ana ℥ s. [illegible]
thee ʒ ij olei camomillarum ʒ ij vitellum un-
um ovi croci ℈ s. misce & fiat unguentum & appli-
cetur ad locum aptum.

De sanguinis prouocatione αἱμοπτυϊκός

Cura αἱμοφθυϊκος

℞ Aquarum plantaginis lib. 5. sumach balaustiarum, rosarum rubearum an ℥ S. misce & decoquantur ad consumptionem duarum partium ℥ postea patiens istam decoctionem frigidam ad os sumat quando sanguinem spuit & illico capita uenarum astringit.

Pro pauperibus.

℞ Simplicem aquam plantaginis uel salatri uel aceti parte i & aquam simplicem parte iij & coquantur & bibantur.

Cura quando cum uomitu.

℞ Acatiae ʒ ij rosarum rubearum & balaustiarum an ℥ S. gummi arabici ʒ. j. dragaganti ʒ. S. misce & puluerizentur subtiliter postea decoquantur in lib. 15 aquarum plantaginis uel myrtillorum ad consumptionem tertiae partis & colentur, & de tali colatura exhibeatur patienti in aurora & uesperi circa introitum lecti ℥ iij multum restringit capita uenarum atque dissoluit. Trochisci Rasis omnem fluxum sanguinis sistunt ut ocyssime.

Restrictiuum.

℞ Mumie mastiris, boli armeniaci, sanguinis draconis ana ʒ.s. misce & puluerisentur & formentur trochisci cum aquis Endiuie aut plantaginis & exhibeatur per horam dimidiam ante prandium & ante cibum super simplum una concoquatur & uehementer restringit.

Conditum.

℞ Conserue rosarum antiquarum conserue uiolarum ana ʒ.s. specierum triasantali ana ℈.j. misce & incorporentur cum syrupo rosarum & fiat conditum.

Epithema.

℞ Aquarum rosarum, plantaginis ana ℥ iij specierum diarodon abbatis triasantali ana ℈.ʒ.j. pulueris rosarum rubearum ʒ.s. seminis plantaginis ana ℈ j sanguinis draconis. coralli rubei lapidis emat. ana ℈ ij misce & fiat Epithema quod applicetur loco dolenti prius uerpratum uehementer restring. uel ad pectus applicetur Damus & Syropum rosarum per se & diarodon & loch.

De phthysi.

Tria sunt spectantia in phthysi vz { Abstergere / Consolidare / Mundificare } { Haec tria sunt in lacte caprino.

Suspecta phthysi semper adest febris.

Signa.

Vrina phthysicorum semper est citrina & tenuis, in ~~intemperie~~ existentiis frigidissima apparent pulsus semper debilis.

In principio phthysis sic Curatur.

℞ Aquarum rosarum plantaginis ana ℥ vj dragaganti gummi arabici lapid: ematitis ana ʒ. j. Zuccari candidi ℥ vj misce & bulliant simul una ebullitione. postea colentur & pacienti in aurora & vespere circa introitum lecti presentetur.

℞ Pillularum Bikichiarum albarum vel diatraganti frigidi dianoton albi ana ℈. j. misce & incorporentur cum syrupo de papavere albo & fiat oxitrium liquidum.

Cura phthysis ubi a pituita ortum habet.

℞ Aquarum trifolij bethonica ana qt: j syrupi de prassio de liquiritia ana ℥ j misce & fiat potus & tenui doses iij faciam excreari facilius.

Decoctio.

℞ Vuarum passarum ficuum ana ℥ ij seminis feniculi anisi, capillorum Veneris ysopi liquiritiae rasae ʒ vj misce & grosso modo contundantur & decoquantur in ʒ lib. aquae ad consumptionem 2 lib. postea colentur & colaturae addantur syrupi de liquiritiis qt. s. & tenui doses iij exsiccat aqu. 9.

solidat & illa decoctio in vissi multum valet.

Pulvis.

℞ Pulmonis vulpi praeparati ʒ ij cinnamomi electi ris ℈ ij Cardamomi Cubebarum ana ℈ j Zuc cari albi ℥ j misce & subtiliter puluerizentur dosis ʒ j.

Emplastrum per motu consolidationis.

℞ Oleorum nenupharum violarum rosarum. ana ℥ j Cerae Citrinae ʒ vj sanguinis draconis, terrae sigillatae boli armeni ana ℥ ß. rosarum rubearum Corticum citri Balaustiarum ana ʒ j misce & puta puluerizentur & fit emplastrum quod ve hementer consolidat.

Damus etiam Julep rosarum aut violarum cum pulmone vulpis praeparati, saepissime hectica febris comitatur phthisim propterea refrigerantia remedia sunt utilissima.

De tremore Cordis.

Quando a copia sanguinis tremor ortus est cognoscitur ex urina, pulsu, aut oculis cernitur.

Cura de tremore cordis.

℞ Conservae nenupharum rosarum ana ℥ j Con

Aufert cordis dolorem & tremorem eius removet.

serme buglossę ℥ j S specierum diamargariton, electi de gemmis frigidis an ʒ. S. Iacinthorum Saphirorum Smaragdon, seminis citri acetosę coralli rubei, an ℈ j omn santalorum Corian, dri præparati spondi Been: albi & rubei an ℈. S. ossis de corde cervi ℈ j S misce & pu̅ta pulverem & incorporentur Vltimo cum Syrupo de nemu, pharum, fiat conditum liquidum.

℞ Aquarum rosarum nemipharum an ℥ iij bu, glossę ℥ ij coralli rubei, rosarum rubrarum specierum de gemmis frigidis an ʒ j aceti rosati ℥ j misce & fiat pro corde Epithema.

Quando ortum habet ex causa frigida.

℞ Specierum diamargariton diacameron diam, bre diamusci dulcis an ʒ. S. Zaccari albi ℥ S. foliorum auri numero v misce & fiat tragea dosis ʒ j vesperi circa initium lecti & in aurora.

(Ipsa corroborat & rememoram reis remonet.)

Potus.

℞ Aquarum buglosse melisse an ℥ iij gariof, lorum pulverisatorum ʒ j misce & fiant do, ses ij vesperi & mane in aurora possimus addere croci ℈. j.

Emplastrum.

℞ Santali rubei Citrini an͠ ℥ s rosarum rubearum coralliorum rubearum Corticum citri. Been albi & rubei, seminis Aneti an͠ ʒ j Cinamomi, gariofili Cardamomi Croci, ligni aloes an͠ ʒ j. specierum diambre diamargariton an͠ ℈ ij florum la[...] nenufare. Camomillarum, foliorum Maioran[e] an͠ ʒ iij. olei Camomillarum rosarum an͠ ℥ s. Cere Citrine ℥ iij Terebentine ℥ s. misce & pista pistentur subtiliter Ultimo liquefiant olea & cera, postea misce omnia simul & fi[at] emplastrum.

destillatio Caponis

Quando ortum habet ex pituita.

℞ Florum anthos ℥ j Maiorane ℥ s. florum bor[a]ginis, buglossae, Violarum an͠ ʒ ij Cinamomi [...] techi Cardamomi mar[...] an͠ ʒ 1s ligni aloes ℈ [...] ossis de corde Cervi ℈ j Santali albi & Citrini an͠ ʒ 1s misce & pulverisentur subtiliter, post misce cum iure & carnibus Caponis optime c[oc]tis & distilletur lento igne.

Confortativum.

℞ Specierum aromatici rosati ex descriptione Gabrielis

℥ ij diambre diamargarithon añ ʒ j amigdala-
rum dulcium ℥ iiij minutim incidantur Zac-
cari lib. j, dissolvatur Zaccarum in aquis Borragi-
nis vel buglosse & decoquatur ad perfectionem
Vltimo addantur species amigdale & fiat confectio
in morsellis & pro diuitibus deaurentur.

℞ **Epithema.**

Aquarum boraginis melisse Lauandule rosarum
añ ℥ iiij Specierum diambre diacameron
aromatici rosati ex descriptione Gabrielis, dia-
margariton añ ʒ s. aceti rosati ℥ ij misce &
fiat epithema, qui epithema ferre nequeunt
sumant flores & herbas & faciant saccullum
hic ad regionem pectoris ponatur.

De Sincope.

De cura Sincopes nihil tradidit quia eodem
curatur modo fere in tremor cordis seu
καρδιακή.
In defectu animi extrema sunt fricanda &
ulendum ex ijsdem medicinis quibus in tre-
Vomitus more cordis.

Morbi ipse.

Balneum mirantur in Colica & Colerica passionibus
plerumque clarissi efficiuntur.

Quando ortum habet ex nimia gulositate & vitio stomachi.

℞ Aquarum menthæ ℥ ij gariof. ʒ j misce & exhibeantur ieiuno stomacho.

℞ Emplastri de crusta panis ℥ ij & extendatur super corium & applicetur ad regionem stomachi.

+ ℞ Fermentum in quantitate nucis ovi & pulveris menthæ M j & rosarum M j applicetur ad regionem stomachi.

Emplastrum ad umbilicum.

℞ Pilorum leporis minutim incisorum ℥ .s. mellis virginis ℥ ij Specierum diaroton abbatis ʒ j misce simul & applicetur ad umbilicum.

Si pauperes fuerint.

℞ Boli armeni ʒ j. pro diaroton abbatis valet etiam in matricis vomitu.

Quando ortum habet ex Colera.

℞ Aquarum plantaginis ana ℥ 15 Trociscorum diaroton ʒ .s. misce & exhibeantur.

℞ Aquarum rosarum ℥ ij pulverum dragagan

gummi arabici mastices ana ℈ .s. misce & postquam mixta fuerint illico pacienti exhibeantur.

℞ Conserue rosarum antiquarum ℥ ij gummi arabici, mastices dragaganti amidi spodij ana ℈ .s. misce & fiat conditum & erunt doses iiij & sumantur semper per horam diminutam ante cibum qui habent debilem stomachum si acetosa biberint uel ederint fluxum uentris incurrent.

Stomachum confortantia.

Scoria ferri quomodo preparanda.

Colligantur scoria ferri ad ollam & obturetur & mittatur ad ignem in fornacem postea colligatur & in puluerem redigatur tandem infundatur acetum uel aqua menthe uel foeniculi.

Cura frigiditatis stomachi ex frigiditate.

℞ Zinziberis albi ʒ j gariofilorum nucis moscate Cinnamomi Galange ana ʒ ß Zedoarij piperis longi Coriandri preparati ana ℈ j Seminis anisi foeniculi, amomi (amomos), Spicenardi Cardamomi maci ana ℈ ß Corticum Citri ℈ ij

Alij amomos

misce & pulverisentur subtiliter ultimo adda
Zuccari albi lib. ß & fiat tragea dosis ʒ j misce
ri quanto cibum ibit & mane totidem in aur
ra in adiuvat digestionem & stomachum confortat.

Confortativum.

℞ Conserve prunulae veris lavendulae buglosse ana
℥ ß. specierum aromatici rosati ex descriptione
Gabrielis diambre ana ʒ 15 misce & fiat condit
dosis quantitatis nucis avellanae vel muscatae.

Emplastrum.

℞ Lapdani ℥ ß. masticis. Cinamomi gariofilorum nu
cis muscatae, Galangae spicenardi, ana ʒ ij sti
racis calamithae ʒ j olei de spica, olei masticis
ana ℥ j Cerae ℥ ß. olei de mentha ʒ iij misce
& fiat emplastrum in deco & extendatur super
alutam & applicantur ad regionem stomachi.
Plerumque sumuntur ℥ iiij vini sublimati & par
pulveris gariofilorum quo lanam facimus sic
tam cum stomacho applicabimus.

Quanto a caliditate fuerit ructus foeti o
ris e stomacho exeunt damus tunc
lac papaverinum quod refrigerat.

Conditum

Confectum in calliditate stomachi.

℞ Specierum diarrodon abbatis trium santali an ʒ j Conservae nenupharum ℥ ij misce & fiat confectio dosis nucis muscatae exhibeatur in aurora cum adhuc ieiunus est.

℞ Trociscorum diarrodon abbatis de camphora an ʒ j misce & redigantur in pulverem & exhibeatur ieiuno stomacho cum ℥ j aquarum rosarum resolutamus aut cum syrupo acetoso.

Unguentum.

℞ Omnium santalorum coriandri praeparati, seminis acetosae, berberis an ʒ ij succi citoniorum ℥ j olei rosati ℥ iiij cerae ℥ j misce & pista pistentur & liquefiat cera cum oleo postea misceantur omnia simul & fiat cerotum & unguentum ad regionem stomachi applicetur.

Quandoque autem in hoc casu diarrodon & applicari potest cerotum sandalinum ad regionem stomachi.

Digestivum colerae.

℞ Aquarum endiviae violarum ℥ iij syrupi violarum ℥ ij misce & fiat potus vice dosis ij.

Purgativum.

℞ Diaprunis laxativi ʒ iij electuarij de succo ro-

sarum ℨ j misce & fiat purgativum quod
libratum cum aquis endiviae in aurora vel c
aqua violarum vel cum iure pisorum.

Confortativum stomachi:

℞ Conservae violarum nenupharum ana ℥ j, specierum
trium santali diatraganti frigidi ana ℨ s. misce
& fiat condituum dosis quantitatis nucis musca

Epithema.

℞ Seminis cucurbitae mundatae mellonum citri
citoniorum ana ℨ j omnium santalorum ana
farinae ordei ℥ s. aquarum rosarum ℥ iiij m
seminibus minutim incisis & fiat epithema q
ad regionem stomachi cum panno lineo applic.
Species diatraganti frigidi aliquantulum humi
sum tamen utimur eis in hoc casu, quia
roton parum calliditatis & siccitatis habent

Quando stomachus vulneratus tunc applicabis istud epithema.

℞ Aquarum rosarum lib. s. succi sitoneorum ℥ j
santali albi rubei rosarum rubearum ana
ℨ ij camphorae ℈ j misce & pulverisentur p
utrisando & fiat epithema emplastrum dast.

dificat & discutit.

De dolore stomachi cum apostemate.

Digestivum in causa calida.

℞ Foliorum endiviae scariolae ana M. s. hordei excor-
ticati ʒ ʒ vj seminis melonum cucumeris cu-
curbitae, citrulli ana ʒ ij. s. florum violarum,
rosarum rubearum ana ℥ s. misce & decoquantur
in lib. j aquarum fontium ad consumptionem me-
dietatis & colentur & colaturae addatur ℥ vij
zaccari albi & fiat syrupus vel digestivum & exhi-
beatur doses iiij. Damus etiam syrupum acetosum
de zaccaro in isto casu.

Purgativum.

℞ Cassiae fistulae noviter extractae ℥ s. electuarij de
succo rosarum ʒ ij aquarum endiviae ℥ ij misce
& fiat potus & exhibeatur in aurora & abstineat
ad quinque horis a cibo.
Yera Rasis interdum sumuntur ʒ ij ad summum iij
yerapigra Galeni plus aloes habet quam rasis.
Asarum educit potenter pituitam & melancholi-
as & materiam malam in stomacho diu re-
tentam.

Hoc emplastrum ventos dissolvit & fortificat stomachum.

Emplastrum.

℞ Foliorum rutae M. j. castorei ʒ ij anisi ℥ s. cali-

Calidi ℥ j ʒ [?] aristologiæ longæ ʒ v misce & subti-
liter pulverisentur. Ultimo dissolvantur ℥ ij ol[ei]
de spica Rutheæ ℥ j ceræ citrinæ ʒ iij misce on[...]
simul & fit unguentum vel emplastrum, resol[v...]
unt ventositates & calidum applicandum est.

℞ Folii & radicis Azari & coquantur cum vino
+ est optimum für die schutzflecke der tharm[...]

In ventositatibus damus Tyriacum ʒ j cum ℥ j
iij vini calidi & illico ventositates dissolvunt[ur]

Quando ex phlegmate ortum habet.

℞ Foliorum Menthæ, absynthij, ysopi, Capilli Veneri[s]
ana ʒ s Corticum radicum foeniculi petrosilini
ana ℥ j foeniculi anisi ana ʒ iij liquiritiæ rasæ
uvarum passularum, ebarillis [?] mundatarum a[na]
℥ ß misce & grosso modo terantur ac decoqua[n-]
tur in lib. ij aquarum fontium ad consumptio-
nem medietatis postea colentur & colaturæ adda[tur]
quarta j mellis virginis & simul bulliant & d[e-]
spumentur. Ultimo clarificentur & cuius dosis in-
dentur ℥ iij vesperi & in aurora reliquum.

℞ Diacidonito laxati ℥ s vel diaphenicons ℥ s

exhibeantur cum ℥ j vel ℥ duabus aquæ menthæ pro confortatione stomachi aromaticum rosarum.

Quando ex Melancholia ortum habet

Digestiuum.

℞ Florum boraginis, buglossæ ana m j aquarum eis-cuta lib. 5. misce & decoquantur ad consumptionem medietatis postea colentur colaturæ addatur ℥ oxi-mellis squillitici & erunt doses ij pro una vice ℥ iij exhibeantur.

Purgatiuum.

℞ Confectionis hamech ʒ v et exhibeantur cum ℥ ij aquarum buglossæ & scolopendriæ ana triseme ℥ s. ana de lapide lazuli ʒ j sed hamech omnium op-timum quia leniter educit.

℞ Emplastri de mellilolo ℥ iiij & extendantur super alutam & applicetur ad regionem stomachi.

Vnguentum.

℞ Florum mellilotti Camomillarum ana ℥ s. foliorum althææ ʒ iij seminis anisi rosarum rubearum balaustiarum ana ʒ ij. s. olei rosati de mentha ana ℥ iiij Ceræ Citrinæ ℥ misce & puluerisando pulue-risentur vltimo liquefiat Cera cum oleis & fiat vnguentum quod stomacho applicetur.

De Singultu.

Vinum Sulphuratum generat singultum plerumq autem sin-
gultus ex pipere & cibo aceroso vel ex materia fri-
gida & potus aquae frigidae vel ex nimia repletione
generatur, habet etiam hic morbus ortum ex pitui-
to humore Colerico Curamus singultum cum absin-
thio & mentha, camomillis in vino coctis purge-
tur cum jerapigra Galeni in vino calido tum in
benedicta laxativa.

Cura quanto ex repletione ortum habet.

℞ Pulveris diptami ʒ ij Tyriacae veteris ʒ j misce
& exhibeantur ℥ ij vini caliti.

Quanto a frigida causa ortum habet.

℞ Foliorum absynthii menthae ana M ij Cimini ℥ j
bij salis communis ana ℥ j misce inuicem cum sa
torrefac in sartagine & fac sacculus ad Regionem
stomachi vel torrefac cum vino super ignem.

Si ex inanitione singultus.

℞ Singultus ex inanitione similem habet curam
lem febris hecticae: ac papaveris cum Zuccaro p
paratum cum exigua quantitate ~~aloe~~ & bi in
tentum.

Singultus post purgationem malus, quia stomachum

bonum esse significat a purgatione Et hippo: a Sin-
gultu habito si sternutatio supervenerit solvitur.

Singultus ex { Vomitu / Fluxu ventris / Sternutatio } Lethalis est.

De appetitu Canino.

Causa est Canini appetitus a frigiditate stomachi aut ex copia atrae bilis, quae orificium stomachi infrigidat.

Quando ab atra bile est

Digestivum Melancholiae.

℞ Foliorum Sene ℥ s. florum boraginis buglossae an̄ M. j timi Epithimi an̄ ℥ s. misce & decoquantur in lb j aquarum fontium ad consumptionem medietatis postea colentur & colaturae addantur ℥ j s oximellis, liquiritiae syrupi de fumo terrae ℥ j misce & fiat potus & sumantur doses iij vesperi & mane & rursus vesperi in tres.

Purgativum.

℞ Diasene in bolo ℥ s vel in rotulis vel ℞ pillularum de lapide Lazuli ʒ j in aurora una vice exhibeantur.

Decoctio.

℞ Florum Camomillarum mellilotti an̄ M. ij altheae M. ij misce & fiat sacculus & postea decoquantur in vino albo & applicetur calidus ad regionem sto-

machi postea damus cibaria incrassa quo na[-]
tant in stomacho.

De bolimi.

Cura bolimi ubi ex frigiditate ortum habet.

Digestivum.

℞ Aquarum menthe ℥ ij oximellis compositi ℥ j
misce & fiat potus ℥ ij pro dosi una exhiban[tur]
vesperi & mane in aurora.

℞ Expellit pituitosum humorem. Foetidarum pillularum ℈ j vel pillularum stomachi
carum ℈ j & exhibeantur ij vicibus ℈ s & ma[ne]
℈ s.

Confortativum.

Diambrae diamoscis dulcis vel diatriapiperton vel
diagalangae ℈ ij & exhibeantur iiij vicibus vel
pro circa introitum lecti & in aurora.

Unguentum.

℞ Habet discutiendi vim & resolvendi. Olei masticis spicae an[a] ℈ s cerae cimini ℈ ij mi[sce]
& fiat & inungatur stomachus ante prandium
coenam. Haustus frigidus a balneo inbibitus
crudos humores incondensat & appetentiam na[tu]
ralem supprimit tunc potum tunc sumat.

Si ex calliditate impote post febres tercianas ortum habuerit.

℞ Aquarum endiviae rosarum nenupharum an[a] ℥ j s

rupi de nenuphar ℥ i misce & fiat potus & ex-
hibeatur una vice.

Evacuatio.

℞ Diaprunis laxativi an ℥ i vel electuarij de succo
rosarum ℥ s.

Unguentum.

℞ Olei rosati violarum an ℥ i, ceræ albæ ʒ ij misce &
fiat ~~potus~~ unguentum quo ungatur stomachus.

Morbi Epatis.

Causæ doloris Epatis.

Omnis medicina fortis epar debilitat.

Humorum copia epar extenditur siccitate autem &
inflammatione attrahitur in tantum ut naturalis ac-
tio impediatur quod cetera membra eorum fomenta
non acquirunt subinde tabescunt.

Cum epar fuerit inflammatum.

℞ Succi endiviæ colati ℥ iij syrupi de endivia ℥ i misce
& fiat potus & detur dosis una.

℞ Cassiæ extractæ absque tragacantho ʒ vi diaprunis laxa-
tivi ʒ i misce & exhibeatur cum aquis endi-
viæ in aurora vel ℞ Electuarij rosati ʒ ß.

Epithema.

℞ Aquarum rosarum ℥ iij sandali albi & rubei, rosarum
rubearum an ʒ iij camphoræ ʒ i misce & pulve-
risata pulverisentur ultimo addatur aceti ℥ i vel

loco istius recipiatur Ceratum Santalinum & ap-
plicetur ad regionem epatis.

Signa frigidi Epatis.

Sunt pallida labra, pondus dextri lateris, mult[a]
sputi humiditas oris.

Signa calidi Epatis.

Ardor in dextro latere stomachi & nigrida labior[um]
rubedo sitis & dolor dorsi.

Sacculus in frigida epate.

℞ Florum Saluiæ Camomillarum Lauendulæ a[ñ]
M j florum menthæ, mentastri añ M. ij. [...]
riofilorum Spicanardi añ ʒ ij misce & gros[so]
modo terantur & fiat sacculus ad regionem epa[tis]

De icteritia.

Vrina ictericorum habet croceam spumam & [...]
liones sunt citrinæ.

Cura Ictericiæ.

Quando primus meatus ab epate Coleram trahe[ns]
obstructus erit.

℞ Aquarum Cuscutæ ℥ iij Syrupi de Bisantij[s]
℥ ij misce & fiat potus doses erunt ij.

Euacuatio.

℞ Diaprunis laxatiui ʒ iij & exhibeantur c[um]
aquis Endiuiæ in aurora.

Confortativum.

℞ Diaroton abbatis ℥ ij & exhibeantur ʒ ij pro dosi & vitatur lacte papaveris.

Pauperes.

Sumant lac papaverinum & inbibant ℮.

℞ Cerati santalini ℥ ij & extendatur super colatam corium & applicetur ad regionem epatis ita quoque in alijs opilationibus epatum fellis procedendum erit.

Pulveres.

℞ Radicum cucumeris rasurae eboris ana ʒ j, Rei barb. ʒ ß. misce & subtiliter pulverisentur & erunt doses duo & exhibeantur cum aquis Criscita.

Febriens morbus cum duritie epatis malus.

De hydropisi.

Tria sunt genera aquarum subeuntia Prima quasi utricularium graecis ασκον i. venter in quo liquores continentur, quia in hoc plus aqua quam spiritus est.

Secundum Tympanitum à musico instrumento tympano in quo plus spiritus aqua vero minus.

Tertium hyposarcha ab υποσαρκιδον & anasarcha à carne facta, appellationem habet,

quod sui gravitas aquam in totum corpus spargit
aut solidae partes corporis in naturam aquae re
solvuntur. Cum in caloris genere suus in aquam
vertitur intestina & tunicam περιτόναιον gravi
cam dissimulantur.

Signa.

Urina rubicunda in hydropesi medicum non debet
perterrere quia propter malam epatis dispositionem ple
rumque massa sanguinaria propter debilitatem dis
gregationis urina tingitur. Urina etiam saepe
nigerrima est cum quaedam perignatione attamen
curari potest si adsit virtus fortis.

Alia signa.

Ex calida hydropesi lingua aruitur & denigra
tur & sputum non habet, sed ex frigida contra
semper habent humidum os, sed tamen sitim
patiantur quia membra non nutriuntur.

Cura hydropesis calidae.

℞ Aquarum endiviae cucurbitae ana ℥ iij
syrupi de bisantiis ℥ iij misce & fiat potus
& fiant doses iij.

Evacuatio.

℞ Pillularum de Reubarb. ʒ j, praesumantur ij ante
cibum.

℞ Electuarii elescoff ℥ s. & exhibeatur ij in cibus cum aqua lactis aut sero caprino ij in cibis in aurora. Interim temporis utatur lacte papaveris.

Confortativum.

℞ Specierum diasandali, diarrodon abbatis ana ʒ ij Conservae nymphaearum ℥ i misce & fiat confectio. Vel ℞ diatragaganti frigidi in rotulis optimum ~~pro~~ humectatione oris vel diarrodon in tabulis. Si pauperes fuerint applicent lac papaveris ad regionem epatis cum panno lineo.

Pro Viribus.

℞ Aquarum rosarum, nymphaearum ana ℥ s. Santali albi & rubri, rosarum rubearum ana ʒ ij Camphorae ʒ ss aceti rosati ℥ iiij misce & fiat epithema & applicetur ad regionem epatis cum panno lineo.

Saepe iterandum est de tertio in tertium diem quoniam aliquando gracilescunt cum febre coniuncta.

De Hipposarcha frigida.

Ascitesandem fere habeant curam

℞ Aquarum florum Sambuci Ebuli Salviae, menthae ana ℥ iij Syrupi de mentha ℥ iij Calij iiij) misce & fiat potus & sumat doses iiij.

Evacuatio.

℞ Specierum diaturbith absque Rhabarbara ʒ j & ex-

hibeatur duabus vicibus cum vino calido in aurora & abstineat à cibo 4 horis, pro confortatione dabit diagalange D[omi]ni tertio die quoq[ue] danda purgatio spiritum diatribus Vel ℞ Benedicti laxativi ℥ S. & exhibeatur ij vicibus cum haustu vini ieiunus. Postea ad 4 horas in eodem Caute procedendum est in purgationibus in hoc casu quia humores in hydropisis cito commoventur quando supra motum prosiliunt facile virtus supprimeret.

Quibus medicina laxativa fortis opor debibitur.

Emplastrum D. Smalkaltj.

℞

Seminis montani, baccarum lauri, florum Cammillarum an[a] ℥ S. Spicanardi ʒ ij misce subtiliter pulverisandum. Ultimo misce cum melle ad modum emplastri super alutam & applicetur super ventrem.

Emplastra non prosunt nisi prius digesta & purgata sit materia, postea applicanda sunt.

Emplastrum.

℞

